

& aurum, & vasa, repositaque in thesauris domus Dómini. Tunc congregati sunt omnes majores natu Israél cum principibus tribuum, & duces familiárum filiorum Israél ad regem Salomónem in Jerusalém: ut déferent arcām fœderis Dómini de civitáte David, id est, de Sion. Conveniuit ad regem Salomónem univérsus Israél in mense Esthánim, in solíssimi die, ipse est mensis séptimus. **R.** Peccávi super númerum arénae maris, & multiplicata sunt peccata mea: & non sum dignus videre altitudinem celi præ multitudine iniquitatis meæ: quóniam irritávi Iram tuam, \* Et malum coram te feci. **V.** Quóniam iniquitatem meam ego cognosco, & delictum meum contra me sit semper, quia tibi soli peccávi. Et malum.

**Lectio ij.**

**V**enerantque cuncti senes de Israél, & tulérunt arcām sa-cerdotés, & portavérunt arcām Dómini, & tabernáculum fœderis, & ómnia vasa Sanctuarii, quæ erant in tabernáculo: & ferébant ea sa-cerdotés & Levítæ. Rex autem Sá-lomon, & omnis multitudiō Israél, quæ convenerant ad eum, gradiebātur cum illo ante arcām, & immo-labat oves & boves absque aesti-matione & numero. Et intulérunt sa-cerdotés arcām fœderis Dómini in locum suum, in oráculum tem-pli, in Sanctum sanctórum subter alas chérubim. Siquidem chérubim expandébant alas super locum arca, & protegébant arcām, & vectes ejus dēsperer.

**B.** Exaudisti Dómine oratiōnem servi tui, ut adificarem templum nō-mini tuo: \* Bénédic, & sanctifica domum istam in sempitérnum, Deus Israél. **V.** Dómine, qui custodis pac-tum cum servis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo. Bénédic.

**Lectio iii.**

**I**n arca autem non erat áliud, nisi duæ tábulae lapideæ, quas posuerat in ea Móyses in Horeb, quando pégipit Dóminus fedus cum filiis Israél, cùm egredieretur de terra Egypti. Factum est autem, cùm exissent sacerdotes de Sanctuarió, nébula impévit domum Dómini, & non pótér sacerdotes stare & ministrare propter nébulam: implévérat enim glória Dómini domum Dómini. Tunc ait Sálomon: Dóminus dixit ut habitáret in né-bula.

**R.** Audi Dómine hymnum, & oratiōnem, quam servis tuis ortu coram te hodie: ut sint oculi qui aperti, & aures tuae intēctæ: \* Super domum istam dñe ac nocte. **V.** Réspice Dómine de sanctuarió tuo, & de excéso celórum habitaculo. Super domum Glória Patri. Super.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

Exaudiisti Dómine oratiōnem servi tui, ut adificarem templum nō-mini tuo.

**DOMINICA VIII.****Post Pentecosten.****In primo Nocturno.****De libro tertio Regum.****Lectio j.**

**F**actum est autem cùm per-ficeret Sálomon adiūcium domus Dómini, & adiūcium regis, & omne quod optáverat & voluerat facere, appáravit ei Dóminus secundò, sicut apparierat ei in Gá-baon. Dixitque Dóminus ad eum: Exaudi vi oratiōnem tuam & depre-cationem tuam, quam deprecatus es coram me: sanctificávi domum hanc, quam adificasti, ut pónerem nomen meum ibi in sempitérnum, & erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diébus. Tu quoque si am-buláveris coram me, sicut ambulávit pater tuus, in simplicitate cordis,

&amp;

& in æquitáte: & feceris ómnia, qua-præcipi tibi: & legítima mea, & judicia mea servaveris, ponam thro-num regni tui super Israél in sem-pitérnum, sicut locutus sum David patri tuo, dicens: Non auferétur vir de gêne tuo de sólio Israél.

**R.** Praparáte corda vestra Dómi-no, & servite illi soli: \* Et libe-rabit vos de mánibus inimicorum vestrórum. **V.** Convertimini ad eum in toto corde vestro, & auferite deos alienos de medio vestri.

**Lectio ij.**

**S**i autem aversiōne aversi fueritis vos & filii vestri, non sequen-tes me, nec custodiéntes mandáta mea, & ceremonias meas, quas propósi vobis, sed abiératis & colueritis deos alienos, & adoráve-ritis eos: auferam Israél de superficie terra, quam dedi eis: & tem-plum, quod sanctificávi nōmíni meo, projiciam a conspectu meo, eritque Israél in prouerbium, & in fabulum cunctis populis. Et domus hac erit in exémplum: omnis, qui transferit per eam, stupébit, & stolidabit, & dicet: Quare fecit Dóminus sic terra-huic, & dómui huic? Et respondébunt: Quia dereliquerunt Dóminum Deum suum, qui edáxit patres eórum de terra Egypti, & secuti sunt deos alienos, & adoráverunt eos, & coluerunt eos: idcirco indixit Dóminus super eos omne malum hoc.

**R.** Deus ómnium exauditor est: ipse misit Angelum suum, & tulit me de óibus patris mei: \* Et uxit me uncione misericordiae sue. **V.** Dóminus, qui eripuit me de ore leónis, & de manu bestie liberávit me. Et

**Lectio iiij.**

**E**xplétis autem annis viginti post, quam adificáverat Sálomon duas domos, id est, domum Dómini, & domum regis (Hiram rege Tyri, præbente Salomóni ligna cedrina &

abiérgna, & aurum juxta omne quod opus habuerat,) tunc dedit Sálomon Hiram viginti oppida in terra Ga-lilæa. Et egrüssus est Hiram de Ty-ro, ut vidéret oppida, quæ décederat ei Sálomon, & non placuerunt ei, & ait: Hæcne sunt civitátes, quas de-disti mihi, frater? Et appellavit eas terram Chábul, usque in diem hanc.

Misit quoque Hiram ad Regem Salomónem centum viginti talénta auri. **R.** Dóminus qui eripuit me de ore leónis, & de manu bestie liberávit me, \* Ipse me eripiet de mánibus inimicorum meórum. **V.** Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam: animam meam eripuit de médió catulorum leónum. Ipse. Glória Patri. Ipse.

**In secundo Nocturno.**

Ex libro Sancti Augustini Episcopi de Civitate Dei.

Lib. 17. cap. 8. sub medium.

**Lectio iv.**

**F**acta est quidem nonnulla imágo rei futuri etiam in Salomón, in eo quid templum adi-ficavit, & pacem hábuit secundum nomen suum (Sálomon quippe pa-cificus est Latine) & in exórdio regni sui mirabiliter laudabilis fuit. Sed eadē sua persona per umbras futuri prædictabat etiam ipse Christum Dóminum nostrum, non exhibebat. Unde quedam de illo ita scripta sunt, quasi de ipso ita predicta sint, dum Scriptura sancta etiam rebus gestis prophetans, quodammodo in eo figuram delineat futurorum.

**R.** Percussit Sátil mille, & David decem milia: \* Quia manus Dómi-ni erat cum illo: percussit Philis-thaum, & abstulit opprobrium ex Israél. **V.** Nonne iste est David, de quo conébant in choro, dicentes: Sátil percussit mille, & David de-cem milia? Quia manus.

N 4

Lec-

## Lectio v.

**N**am prater libros divine historie, ubi regnasse narratur, Psalmus etiam septuagésimus primus titulus nominis ejus inscriptus est. In quo tam multa dicuntur, que omnino ei convenire non possunt; Dominus autem Christo apitissima perspicuitate convénunt: ut evidenter apparet, quod in illo figura qualiscumque adumbratio sit, in isto autem ipsa veritas presentata.

**R.** Montes Gélbœ, nec ros, nec pluvia veniant super vos: \* Ubi cedérunt fortis Israël. **V.** Omnes montes, qui estis in circuitu ejus, viset Dominus: à Gélbœ autem transseat. Ubi cedérunt.

## Lectio vi.

**N**otum est enim, quibus terminis regnum conclusum fuerit Salomonis, & tamen in eo Psalmo legitur, ut alia tacem: Dominabitur à mari usque ad mare, & à fulmine usque ad terminos orbis terræ: quod in Christo vidēmus impleri. A flumine quippe dominavit sumpsis exordium, ubi baptizatus à Joāne, eodem monstrante ceperit agnosci à discipulis, qui eum non solum magistrum, verum etiam Dominum appellaverant.

**R.** Ego te tuli de domo patris tui, dicit Dominus, & posui te pascere gregem populi mei: \* Et fui tecum in omnibus ubicunque ambulasti, firmans regnum tuum in æternum. **V.** Fecisti tibi nomen grande, iuxta nomen magnorum qui sunt in terra: & réquiem dedi tibi ab omnibus iniurias tuis. Et fui tecum. Glória Patri. Et fui tecum.

**R.** vij. Peccavi super númerum arénæ maris, & multipliata sunt peccata mea: & non sum dignus videre altitudinem cœli præ multititudine iniquitatis mee: quoniam irritaviram tuam, \* Et malum coram te feci.

**V.** Quoniam iniquitatem meam ego cognoscō, & delictum meum contra me est semper, quia tibi soli peccavi. Et malum.

**R.** viii. Duo Séraphim clamabant alter ad alterum: \* Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dóminus Deus Sábaoth:

\* Plena est omnis terra gloria ejus.

**V.** Tres sunt qui testimoniū dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Sanctus. Glória Patri. Plena est.

## FERIA SECUNDA.

De libro tertio Regum.

## Lectio i.

Cap. 10.

**S**ed & regina Saba, auditæ fama Salomonis in nomine Dómino, venit tentare eum in agnitionibus. Et ingressa Jerusalēm multo cum comitatu, & divitiis, camelis portantibus aromatā, & aurum infinitum nimis, & gemmas pretiosas, venit ad regem Salomonem, & locuta est ei universa quæ habebat in corde suo. Et dicit eam Salomon omnia verba, quæ propositerat: non fuit sermo, qui regem posset latere, & non respondens ei.

**R.** Recordare Dómine testamēti tui, & di Angelos percutienti: Cesset iam manus tua, \* Ut non desoletur terra, & ne perdas omnem animam vivam. **V.** Ego sum qui peccavi, ego qui inique egī: isti qui oves sunt, quid fecerunt? Avertitur obscurus furor tuus Dómina à populo tuo. Ut.

## Lectio ii.

**V**Idens autem regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & domum, quam adificaverat, & cibos mense ejus, & habitalū servorum, & ordines ministriantum, vestesq[ue] eorum, & pincernas, & holocausta, quae offerebat in domo Dómini, non habebat ultra spiritum. Dixitque ad regem: Verus est sermo quem audiri in terra mea super sermonibus tuis, & super sc̄pi-

tibus, super quibus dixit Dóminus filius Israël: Non ingredienni ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras: certissimè enim avérterent corda vestra ut sequamini deos eārum. His itaque copulatus est Salomon ardētissimo amore. Fuerintque ei uxores quasi reginæ septingentæ, & concubinæ trecentæ: & avertērunt mulieres cor eius. Cūmque jam esset senex, deputavatum est cor ejus per mulieres, ut sequerētur deos alienos: nec erat cor ejus perficētum cum Dómino Deo suo, sicut cor David patris ejus.

**R.** Exaudiisti Dómine orationem servitutis tui, ut adificarem templum nomicum tuu: \* Benedic, & sanctifica domum istam in sempiternū, Deus Israël. **V.** Dómine, qui custodis pacem cum servis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo. Benedic.

## Lectio iii.

**B**eatū viri tui, & beati servi tui, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam. Sit Dóminus Deus tuus benedictus, cui complacuisti, & posuit te super thronum Israël, eo quod diléxerit Dóminus Israël in sempiternū, & constituit te regem, ut faceres iudicium & iustitiam. Dedit ergo regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretiosas: non sunt atlata ultra aromata tam multa, quā ea, qua dedit regina Saba regi Salomon. Sed & clasis Hiram, quae portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna thyina multa nimis, & gemmas pretiosas.

**R.** Audi Dómine hymnum, & orationem, quam servus tuus orat coram te hodie: ut sint oculi tuí aperti, & aures tuae intēcte. \* Super domum istam die ac nocte. **V.** Résipce Dómine de Sanctuarió tuo, & de excelsō coelorum habitaculo. Super domum Glória Patri. Super domum.

## FERIA TERTIA.

De libro tertio Regum.

## Lectio i.

Cap. 11.

**R.** Ex autem Salomon adamavit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, Idumæas, & Siciónias, & Hethæas: de gen-

tibus, super quibus dixit Dóminus filius Israël: Non ingredienni ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras: certissimè enim avérterent corda vestra ut sequamini deos eārum. His itaque copulatus est Salomon ardētissimo amore. Fuerintque ei uxores quasi reginæ septingentæ, & concubinæ trecentæ: & avertērunt mulieres cor eius. Cūmque jam esset senex, deputavatum est cor ejus per mulieres, ut sequerētur deos alienos: nec erat cor ejus perficētum cum Dómino Deo suo, sicut cor David patris ejus.

**R.** Dómine, si conversus fuerit populus tuus, & oraverit ad sanctuarium tuum: \* Tu exaudies de celo Dómine, & libera eos de manibus inimicorum suorum. **V.** Si peccaverit in te populus tuus, & conversus erit in penitentiam, veniensque oraverit in isto loco. Tu exaudies.

## Lectio ii.

**S**ed colébat Salomon Astáthen deam Sidoniorum, & Moloch idólum Ammonitárum. Fecitque Salomon quod non placuerat coram Dómino, & non adimplévit ut sequeretur Dóminum, sicut David pater ejus. Tunc adificavit Salomon fanum Chamos idólo Moab, in monte qui est contra Jerusalēm, & Moloch idólo filiorum Ammon. Atque in hunc modum fecit universis uxoriis suis alienigenis, quæ adolebant thura, & immolabant diis suis.

**R.** Factum est, dum tolleret Dóminus Eliam per türbinem in colum,

\* Elius clamabat, dicens: Pater mi, pater mi, currus Israël, & auriga ejus. **V.** Cūmque pérgerent, & incendentes sermocinarentur, ecce cursus igneus, & equi ignei diviserunt utrimque, & ascendit Elias per türbinem in colum. Elius clamabat.

Lec-

## Lectio iii.

**I**gitur iratus est Dominus Salomonis, quod aversa esset mens ejus a Domino Deo Israeli, qui apparet ei secundum, & praecepit de verbo hoc ne sequeretur deos alienos, & non custodivit, que mandavit ei Dominus. Dixit itaque Dominus Salomonis: Quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactum meum, & praecepta mea, que mandavi tibi, disrumpens scindam regnum tuum, & dabo illud servitu tuo. Veritatem in diebus tuis non faciam propter David patrem tuum.

**R.** Ego te tuli de domo patris tui dicit Dominus, & posui te pascere gregem populi mei: \* Et fui tecum in omnibus ubicumque ambulasti, firmans regnum tuum in aeternum. **V.** Feclique tibi nomen grande, juxta nomen magnorum qui sunt in terra: & requiem dedi tibi ab omnibus iniuricis tuis. Et fui tecum. Glorria Patri. Et fui tecum.

## FERIA QUARTA.

De libro tertio Regum.

## Lectio i.

Cap. 11. \*

**J**eroboam quoque filius Nabath, Ephrathaeus, de Sareda, servus Salomonis, cuius mater erat nomine Sarva, mulier vidua, levavit manum contra regem. Et haec est causa rebellionis adversus eum, quia Salomon edificavit Mello, & coequavit voraginem civitatis David patris sui. Erat autem Jeroboam vir fortis & potens: vidensque Salomon adolescentem bone indolis & industrium, constituerat eum praefectum super tributa universa domus Joseph.

**R.** Peccavi super numerum arrena maris, & multiplicata sunt peccata mea: & non sum dignus videre altitudinem colli pre multitudo iniuritatis meae: quoniam irritavi iram

tuum: \* Et malum coram te feci. **V.** Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & delictum meum contra me est semper, quia tibi soli peccavi. Et malum.

## Lectio ii.

**F**actum est igitur in tempore illo ut Jeroboam egredetur de Jerusalem, & inveniret eum Ahias Silonites Propheta in via, operatus pallio novo: erant autem duo tantum in agro. Apprehendensque Ahias pallium suum novum, quo cooperitus erat, scidit in duodecim partes. Et ait ad Jeroboam: Tolle tibi decem scissuras: haec enim dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus.

**R.** Exaudisti Domine orationem servi tui, ut edificarem templum nomini tuo: \* Benedic, & sanctifica domum istam in sempiternum, Deus Israel. **V.** Domine, qui custodis pactum cum servis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo. Benedic.

## Lectio iii.

Cap. 11. \*

**V**oluit ergo Salomon interficere Jeroboam: qui surrexit, & a fugiti in Aegyptum ad Sesac regem Aegypti, & fuit in Aegyptu usque ad mortem Salomonis. Reliquum autem verborum Salomonis, & omnia que fecit, & sapientia eius: ecce universa scripta sunt in libro verborum diuum Salomonis. Dies autem, quos regnauit Salomon in Jerusalem super omnem Israelem, quadraginta anni sunt. Dormivitque Salomon cum patribus suis, & sepultus est in civitate David patris sui, regnauitque Roberoam filius eius pro eo.

**R.** Audi Domine hymnum, & orationem, quam servus tuus orat coram te hocdie: ut sint oculi tui apteri, & aures tuae intente: \* Super domum istam die ac nocte. **V.** Respicce Domi-

ni-

mine de sanctuario tuo, & de excelso celorum habitaculo. Super dominum. Gloriam Patri. Super dominum.

## FERIA QUINTA.

De libro tertio Regum.

## Lectio i.

Cap. 12.

**V**enit autem Roberoam in Sichem: illuc enim congregatus erat omnis IsraeI ad constitendum eum regem. At vero Jeroboam filius Nabath, cum adhuc esset in Aegypto proflugus a facie regis Salomonis, auditus morte eius, reversus est de Aegypto. Misericordie & vocaverunt eum: venit ergo Jeroboam, & omnis multitudo Iudea: & locuti sunt ad Roberoam, dicentes: Pater tuus durissimum jugum imposuit nobis: tu itaque nunc innimum paululum de imperio patris tui durissimo, & de jugo gravissimo, quod imposuit nobis, & seruimus tibi. Qui ait eis: Ita usque ad tertium diem, & revertimini ad me.

**R.** Preparate corda vestra Domino, & servite illi soli: \* Et liberabit vos de manibus inimicorum vestrorum. **V.** Convertimini ad eum in toto corde vestro, & auferete deos alienos de medio vestri. Et

## Lectio ii.

**C**umque abisset populus, initum consilium rex Roberoam cum senioribus, qui assistebant coram Salomon patre eius, cum adhuc viviceret, & ait: Quod datis mihi consilium, ut respondeam populo huic? Qui dixerunt ei: Si hodie obedieris populo huic, & servieris, & petitioni eorum cesseris, locutisque fueris ad eos verba lenia, erunt tibi servi cunctis diebus. Qui dereliquerit consilium senum, quod deiderat ei, & adhuc uit adolescentes, qui nutriti fuerant cum eo, & assistebant illi.

**R.** Deus omnium exauditor est: ipse misit Angelum suum, & tulit me de

obibus patris mei: \* Et unxit me unctione misericordiae sue. **V.** Dominus, qui eripuit me de ore leonis, & de manu bestie liberavit me. Et unxit.

## Lectio iii.

**R.** Espondique rex populo dura, derelicto consilio seniorum, quod ei dederant, & locutus est eis secundum consilium juvenum, dicens: Pater meus aggravavit jugum vestrum, ego autem addam jugo vestrum, pater meus caecidit vos flagellis, ego autem cedam vos scorpionibus. Et non acquievit rex populo: quoniam aversatus fuerat eum Dominus, ut suscitaret verbum suum, quod locutus fuerat in manu Ahiae Silonitae, ad Jeroboam filium Nabath. Videns itaque populus quod noluisset eos audire rex, respondit ei, dicens: Quae nobis pars in David vel quae hereditas in filio Isa?

**R.** Dominus, qui eripuit me de ore leonis, & de manu bestie liberavit me, \* Ipse me eripiet de manibus inimicorum meorum. **V.** Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam: animam meam eripuit de medio catulorum leonum. Ipse me, Glorria Patri. Ipse me.

## FERIA SEXTA.

De libro tertio Regum.

## Lectio i.

Cap. 14. b

**D**ixit autem Dominus ad Ahiam: Ecce uxor Jeroboam ingreditur ut consulat te super filio suo qui aggrotat. Hec & hac loquenter ei. Cum ergo illa intraret, & dissimilaret se esse quae erat, audivit Ahias sonitum pedum eius introeuntes per ostium, & ait: Ingridere uxor Jeroboam: quare aliam te esse simulas? ego autem missus sum ad te durus mnicus.

**R.** Percussit Saul mille, & David decem milia: \* Quia manus Domini erat cum illo: percussit Philistheum,

thum, & abstulit oppribrium ex Israel. **V.** Nonne iste est David, de quo canebant in choro, dicentes: Saul percessit mille, & David decem milia? Quia.

**Lectio ij.**

**V**ADE, & dic Jeroboam: Hac dicit Dominus Deus Israhel: Quia exaltasti te de medio populi, & dedisti ducem super populum meum Israhel: & scidi regnum domini David, & dedi illud tibi, & non fuisti sicut servus meus David, qui custodivit mandata mea, & secutus est me in toto corde suo, faciens quod placatum esset in conspectu meo: sed operatus es mali super omnes, qui fuerunt ante te, & fecisti tibi deos alienos & confabiles, ut me ad iracundiam provocares, me autem propecasti post corpus tuum.

**R.** Montes Gelboe, nec ros, nec pluvia véniant super vos: Ubi cecidérunt fortis Israhel. **V.** Omnes montes, qui estis in circuitu ejus visiter Dominus: a Gelboe autem transeat. Ubi cecidérunt.

**Lectio ij.**

**T**IDEORU ecce ego inducam mala super dominum Jeroboam, & percutiam de Jeroboam minigentem ad parietem, & clausum, & novissimum in Israhel: & mundabu reliquias dominus Jeroboam sicut mundari solet simus usque ad purum. Qui mortui fuerint de Jeroboam in civitate, comedent eos canes, qui autem mortui fuerint in agro, vorabunt eos aves coeli: quia Dominus locutus est. Tu igitur surge, & vade in dominum tuum: & in ipso introitu pedum tuorum in urbem morietur puer.

**R.** Ego te tuli de domo patris tui, dicit Dominus, & posui te pascere gregem populi mei: \* Et fui tecum in omnibus ubiquecumque ambulasti, firmans regnum tuum in aeternum. **F**Ecce tibi nomen grande, juxta

nomen magnorum qui sunt in terra: & requiem dedi tibi ab omnibus inimicis tuis. Et fui tecum. Gloria Patri. Et fui tecum.

### S A B B A T O.

De libro tertio Regum.  
**Cap. 18. d.**

**A**CCEDENS autem Elias ad omnem populum, ait: Usquequo claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum. Et non respondit ei populus verbum. Et ait rursus Elias ad populum: Ego remansi Propheta Domini solus: propheta autem Baal quadrigentum & quinquaginta viri sunt.

**R.** Peccavi super numerum arenæ maris, & multiplicata sunt peccata mea: & non sum dignus videre altitudinem coeli pra multitudine iniuriarum mee: quoniam irritavi iram tuam. \* Et malum coram te feci.

**V.** Quoniam iniuriebam meam ego cognosco, & delictum meum contra me est semper, quia tibi soli peccavi. Et malum.

**Lectio ij.**

**D**ENTUR nobis duo boves, & illi eligant sibi bovem unum, & in frusta caedentes ponant super ligna, ignem, autem non suppônanti: & ego faciam bovem alterum, & impônam super ligna, ignem autem non suppônanti. Invocabo nomina deorum vestrorum, & ego invocabo nomen Domini mei: & Deus qui exaudierit per ignem, ipse sit Deus. Respondens omnis populus ait: Optima proppositio.

**R.** Exaudisti Domine orationem servitui, ut ædificarem templum nominis tuo: \* Benedic, & sanctifica dominum istam in sempiternum, Deus Israhel. **V.** Domine, qui custodi pactum cum servis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo. Benedic.

**Lec-**

**Lectio iii.**

Ixit ergo Elias propheta Baal: **D**Elige vobis bovem unum, & facite primi, quia vos plures estis: & invocate nomina deorum vestrorum, ignemque non suppônatis. Qui cum tulissent bovem, quem dederat eis, fecerunt: & invocabant nomen Baal de mani usque ad meridiem, dicentes: Baal exaudi nos. Et non erat vox, nec qui responderint transiliebant altare quod fecerant. Cumque esset iam meridiis, illudebat illis Elias, dicens: Clamatе vocem majorem.

**R.** Audi Domine hymnum, & orationem, quam servus tuus orat corram te hodie: ut sint oculi tui aperi, & aures tuae intente. \* Super dominum istam die ac nocte. **V.** Respic Domine de sanctuorio tuo, & de excelso celorum habitaculo. Super domum, Gloria Patri. Super.

**A**d Magnificat. Antiphona. Dum tolleret Dominus Eliam per turbinem in celum, Elius clamat: Pater mi, currus Israhel, & auriga ejus.

### D O M I N I C A I X.

Post Pentecosten.

In primo Nocturno.

Incipit liber quartus Regum.

**Cap. 1.**

**Lectio i.** Ravaricatus est autem Moab in Israhel, postquam mortuus est Achab. Cecidit Ochozias per cancellos cenaculi sui, quod habebat in Samaria, & agrotavit: misitque nuntios, dicens ad eos: Ite, consulete Beelzebub deum Accaron, utrum vivere queam de infirmitate mea hac. Angelus autem Domini locutus est ad Ellam Thesbiten, dicens: Surge, & ascende in occursum nuntiorum regis Samariae, & dices ad eos: Numquid non est Deus in Israhel, ut eatis ad consulendum

Beelzebub deum Accaron? Quam ob rem haec dicit Dominus: De lectulo, super quem ascendistis, non descendes, sed morte morieris.

**R.** Preparate corda vestra Domino, & servite illi solo: \* Et liberabit vos de manibus inimicorum vestrorum.

**V.** Convertimini ad eum in toto corde vestro, & austere deos alie nos de medio vestri. Et liberabit.

**Lectio ii.**

**E**T abiit Elias. Reversique sunt nuntii ad Ochoziam. Qui dixit eis: Quare reversi estis? At illi responderunt ei: Vir occurrerit nobis, & dixit ad nos: It, & revertimini ad regem, qui misit vos, & dicens ei: Hec dicit Dominus: Numquid, quia non erat Deus in Israhel, mittis ut consultatur Beelzebub deus Accaron? Idcirco de lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris.

**R.** Deus omnium exauditor est: ipse misit Angelum suum, & tulit me de oibis patris mei: \* Et unxit me unctione misericordiae sue. **V.** Dominus, qui eripuit me de ore leonis, & de manu bestie liberavit me. Et unxit.

**Lectio iii.**

**U**i dixit eis: Cujus figura & habitat est vir ille, qui occurrerit vobis, & locutus est verba hac? At illi dixerunt: Vir pilosus, & zonâ pellicie accinctus renibus. Qui ait: Elias Thesbiten est. Misitque ad eum quinquagenarium principem, & quinquaginta qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum: sedentique in vertice montis, ait: Homo Dei, rex praecepit ut descendas. Respondens Elias, dixit quinquagenario: Si homo Dei sum, descendat ignis de celo, & devoret te, & quinquaginta tuos. Descendit itaque ignis de celo, & devoravit eum, & quinquaginta qui erant cum eo.

**R.**

**R.** Dóminus, qui eripuit me de ore leonis, & de manu bestie liberavit me, \* Ipse me eripet de manibus inimicorum meorum. **Y.** Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam: animam meam eripuit de medio catulorum leonum. Ipse me, Glória Patri. Ipse me.

**Io secundo Nocturno.**  
Sermo Sancti Augustini Episcopi.  
Sermones 201. de Tempore.

**Lectio iv.**

**I**n lectiōibus, quae nobis diēbus istis recitātur, fratres charissimi, frēquenter admōniunt, ut non sequāmur literām occidentem, & vivificātem spiritū relinquāmus. Sic enim Apóstoli ait: Littera enim occidit, Spiritus vivificat. Si enim hoc tantum volumus intelligere, quod sonat in littera: aut parvam, aut prop̄ nullam adificatiōnem de divinis lectiōibus capiēmus. Illa enim omnia, que recitātur, typus erant & imágō futurōrum. In Iudeis enim figurāta, in nobis, grātia Dei donante, complēta sunt.

**R.** Percūssit Saúl mille, & David decem milia: \* Quia manus Dómini eram cum illo: percūssit Phillisthæum, & abstulit opprōrium ex Israēl. **Y.** Nonne iste est David, de quo canēbātur in choro, dicētes: Saúl percūssit mille, & David decem milia? Quia manus.

**Lectio vi.**

**B**éatus enim Elias typum hábitus Dómini Salvatóris. Sicut enim Elias à Iudeis persecutiōnem passus est: ita & verus Elias Dóminus noster ab ipsis Iudeis reprobatus est, & contēptus. Elias reliqua gen̄tem suam: & Christus deseruit synagōgam. Elias abiit in desératum: & Christus venit in mundum. Elias in deserto corvis ministrabitus pascēbatur: & Christus in deserto mundi hujus Géntium fide reficitur.

**R.** Montes Gélbœ, nec ros, nec pluvia véniant super vos: \* Ubi cecidērunt fortis Israēl. **Y.** Omnes montes, qui estis in circuitu ejus, visitet Dóminus: a Gélbœ autem transeat. Ubi cecidērunt.

**Lectio v.**

**C**orvi enim illi, qui bēato Eliae, jubente Dómino, ministrabant, Géntium pólupum figurabant: prop̄ tēram & de Géntium Ecclésia dicitur: Nigra sum, & formosa, filia Jerusalem. Unde est Ecclésia nigra, & formosa? Nigra per natūram, formosa per gratiam. Unde nigra? Ecce in iniquitatibus concēptus sum, & in delictis pēperit me mater mea. Unde formosa? Aspérges me hysopo, & mundabor: lavabis me, & super nivem dealbabor.

**R.** Ego te tuli de domo patris tui, dicit Dóminus, & posui te pascere gregem populi mei: \* Et fui tecum in omnibus ubiq̄uisque ambulasti, firmans regnum tuum in aeternum. **Y.** Fecique tibi nomen grande, iuxta nomen magnorum qui sunt in terra: & réquiem dedi tibi ab omnibus inimicis tuis. Et fui tecum. Glória Patri. Et fui tecum.

**R. vii.** Peccavi super númerum arēnæ maris, & multiplicata sunt peccata mea: & non sum dignus videre altitudinem coeli præ multitudine iniquitatibus mea: quóniam irritavi Iram tuam, \* Et malum coram te feci. **Y.** Quóniam iniquitatem meam ego cognoscō, & delictum meum contra me est semper, quia tibi soli peccavi. Et malum.

**R. viii.** Duo Séraphim clamabant alter ad alterum: \* Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dóminus Deus Sábaoth: \* Plena est omnis terra gloriæ ejus. **Y.** Tres sunt qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt, Sanctus. Glória Patri. Plena.

**FERIA SECUNDA.**

De libro quarto Regum.

**Lectio j.** Cap. 2.

**C**cesserunt filii Prophetarum, qui erant in Jéricho, ad Elisēum, & dixerunt ei: Numquid nosti quia Dóminus hōdiē tollet dómīnum tuum a te? **E**t ait: Et ego novi: silēte. Dixit autem ei Elias: Sede hic, quia Dóminus misit me usque ad Jordānem. Quia ait: Vivit Dóminus, & vivit ánimā tua, quia non dereliquerāt te. Iéricho igitur ambo pāriter, & quinquaginta viri de filiis Prophetarum secūti sunt eos, qui & steterunt ecōtrā, longē: illi autem ambo stabant super Jordānem.

**R.** Recordāre Dómine restamētū tui, & dīc Angelō percutienti: Cesset jam manus tua, \* Ut non desolētur terra, & ne perdas omnem ánimam vivam. **Y.** Ego sum qui peccavī, ego qui inique egī: isti qui oves sunt, quid fecerūt? Averātur obscurō furor tuus Dómino à pōlo tuo. Ut non.

**Lectio ii.**

**T**ulītque Elias pálrium suum, & involvit illud, & percūssit aquas, quæ divisa sunt in utrāque partem, & transiērunt ambo per siccum. Cumque transiissent, Elias dixit ad Elisēum: Póstula quid vis ut faciam tibi, antequam tollar à te. Dixitque Elisēus: Obscurō ut fiat in me duplex sp̄ritus tuus. Qui respondebit: Rem difficilē postulasti: attamen si videris me, quando tollar à te, erit tibi quod petisti: si autem non videris, non erit.

**R.** Exaudiat Dómine oratiōnē servitū tui, ut adificare templum nōmīni tuo: \* Tu exaudiēs de cœlo Dómine, & libera eos de manib⁹ inimicorum suorum. **Y.** Si peccaverit in te pōplus tuus, & convérſus ēgerit in pœnitentiā, veniēnsque oraverit in isto loco. Tu exaudiēs.

**Lectio iii.**

**C**umque pérgerent, & incendētes sermocinarentur, ecce curru igneus, & equi ignei divisiōnē utrūque: & ascēdit Elias per turbinē in cœlum. Elisēus autem videbat, & clamabat: Pater mi, pater mi, currus Israēl, & auriga ejus. Et non vidit eum amplius: apprehenditē vestimenta sua, & scidit illa in duas partes. Et levāvit pálrium Eliae, quod cecidēt ei: reverēsus stetit super ripam Jordānīs.

**R.** Audi Dómine hymnum, & oratiōnē, quam servus tuus orat coram te hōdiē: ut sint oculi tui aperti, & aures tue intēcta, \* Super domum istam die ac nocte. **Y.** Réspice Dómino de sanctuariō tuo, & de excēso cœlōrum habitaculo. Super. Glória Patri. Super.

**FERIA TERTIA.**

De libro quarto Regum.

**Lectio j.** Cap. 3.

**G**réssus est igitur rex Ioram in die illa de Samaria, & recénuit universum Israēl. Misitque ad Jósaphat regem Iuda, dicens: Rex Moab recēsset à me, veni mecum contra eum ad pralium. Qui respondit: Ascēdam: qui meus est, tuus est: populus meus, populus tuus: & equi mei, equi tui. Dixitque: Per quam viam ascendēmus? At ille respondit: Per désertum Idumææ. Perrexerunt igitur rex Israēl, & rex Iuda, & rex Edom, & circuierunt per viam septem diērum; nec erat aqua exercitū, & jūnētis, que sequebātur eos.

**R.** Dómine, si convérſus fuerit pōplus tuus, & oraverit ad Sanctuariū tuum: \* Tu exaudiēs de cœlo Dómine, & libera eos de manib⁹ inimicorum suorum. **Y.** Si peccaverit in te pōplus tuus, & convérſus ēgerit in pœnitentiā, veniēnsque oraverit in isto loco. Tu exaudiēs.

## Lectio ii.

**D**ixit rex Israhel: Heu heu heu, congregavit nos Dominus tres reges, ut traderet in manus Moab. Et ait Josphat: Estne hic Propheta Domini, ut deprecemur Domina per eum? Et respondit unus de servis regis Israhel: Est hic Eliseus filius Saphat, qui fundebat aquam super manus Eiae. Et ait Josphat: Est apud eum sermo Domini. Descenditque ad eum rex Israhel, & Josphat rex Iuda, & rex Edom. Dixit autem Eliseus ad regem Israhel: Quid mihi & tibi est? Vade ad Prophetas patris tui, & matris tuae.

**R.** Factum est, dum tolleret Dominus Eliam per turbinem in celum, Eliseus clamabat dicens: Pater mi, pater mi, currus Israhel, & auriga eius. **X.** Cumque peregerant, & incenderes sermocinarintur, ecce currus igneus & equi ignei divisorum utrunque, & ascendet Elias per turbinem in celum. Eliseus.

## Lectio iii.

**T**at illi rex Israhel: Quare congregavit Dominus tres reges hos, ut traderet eos in manus Moab? Dixitque ad eum Eliseus: Vivit Dominus exercitum, in cuius conspectu sto, quod si non vultum Josphat regis Iuda erubescerem, non attendisset quidem te, nec respexisse. Nunc autem addicite mihi psalmum. Cumque caneret psalmus, factus est super eum manus Domini, & ait: Haec dicit Dominus: Facie alveum torrentis hujus fossas, & fossas. Haec enim dicit Dominus: Non videbitis ventum, neque pluviam: & alveus iste replabit aquis, & bibet vos, & familię vestre, & jumenta vestra. Parvumque est hoc in conspectu Domini: insuper tradit etiam Moab in manus vestras.

**R.** Ego te tuli de domo patris tui,

dicit Dominus, & posui te pascere gregem populi mei: \*Et fui tecum in omnibus ubiquecumque ambulasti, firmans regnum tuum in aeternum. **V.** Feclique tibi nomen grande, juxta nomen magnorum qui sunt in terra: & regalem dedi tibi ab omnibus inimicis tuis. Et fui tecum. Gloria Patri. Et fui tecum.

## FERIA QUARTA.

De libro quarto Regum.

## Lectio 4.

**M**ulier autem quedam ex uxoris ribus Prophetarum clamabat ad Eliseum, dicens: Servus tuus vir meus mortuus est, & tu nosti quia servus tuus fuit timens Dominum: & ecce creditor venit ut tollat duos filios meos ad serviendum sibi. Cui dixit Eliseus: Quid vis ut faciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa respondit: Non habeo ancillā tua quidquam in domo mea, nisi parum olei, quo ungar. Cui ait: Vade, perte mituō ab omnibus viciniis tuis vasa vacua non pauca. Et ingredere, & claudere ostium tuum, cum intrinsecus fueris tu, & filii tui: & mitte inde in omnia vasa haec: & cum plena fuerint, tolles.

**R.** Peccavi super numerum arrena maris, & multipliciter sunt peccata mea: & non sum dignus videre altitudinem coeli praे multitudine iniuritatem mae: quoniam irritavi iram tuam, \*Et malum coram te feci. **V.** Quoniam iniuritatem meam ego cognosco, & delictum meum contra me est semper, quia tibi soli peccavi. Et malum.

## Lectio 5.

**I**vit itaque mulier, & clausit ostium super se, & super filios suos: illi officerent vasa, & illa infundebat. Cumque plena fuissent vasa, dixit ad filium suum: Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit:

Non

Non habeo. Stetitque oleum. Venit autem illa, & indicavit homini Dei. Et ille, Vade, inquit, vende oleum, & reddo creditori tuo: tu autem, & filii tui vivite de reliquo. Facta est autem quadam dies, & transibat Eliseus per Sunam: erat autem ibi mulier magna, quae tenuit eum ut comedaret panem: cùmque frequenter inde transiret, divertebat ad eam ut comedaret panem. Quæ dixit ad virum suum: An imadverso quid vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter. Faciamus ergo ei cornaculum parvum, & ponamus ei in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum, ut cum venerit ad nos, magnebeat ibi.

**R.** Exaudisti Domine orationem servit tui, ut aedificarem templum nomine tuo: \*Benedic, & sanctifica domum istam in sempiternum, Deus Israhel. **V.** Domine, qui custodis pacatum cum servis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo. Benedic, & sanctifica.

## Lectio 6.

**F**acta est ergo dies quedam, & ministris divitier in cornaculum, & requievit ibi. Dixitque ad Giézi puerum suum: Voca Sunamitidem istam. Qui cum vocasset eam, & illa stetisset coram eo, dixit ad puerum suum: Loquere ad eam: Ecce, sedule in omnibus ministrasti nobis, quid vis ut faciam tibi? Numquid habes negotium, & vis ut loquar regi, sive principi militiae? Quæ respondit: In medio populi mei habito. Et ait: Quid ergo vult ut faciam ei? Dixitque Giézi: Ne queras: filium enim non habet, & vir ejus senex est. Precepit itaque vocare te: quæ cum vocata fuisset, & stetisset ante ostium, dixit ad eam: In tempore isto, & in hac eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in ttero filium. At

Pars Festiva.

illa respondit: Noli queso, domine mir, vir Dei, noli mentiri ancillæ tuæ. Et concepit mulier, & percepit filium in tempore, & in hora eadem, quia dixerat Eliseus.

**R.** Audi Domine hymnum, & orationem, quam seruos tuos orat coram te hodie: ut sine oculi tu aperi, & aures tuæ intente. **V.** Super dominum istam die ac nocte. **R.** Respice Domine de sanctuario tuo, & de excelsis celorum habitaculo. Super. Gloria Patri. Super.

## FERIA QUINTA.

De libro quarto Regum.

## Lectio 7.

**C**ongregavit Benadad rex Syria universum exercitum suum, & ascendit, & obsidebat Samariam. Factaque est famæ magna in Samaria: & tamdiu obsessa est, donec venundaret caput assini octoginta argenteis, & quarta pars cabi stercoris columbarium quinque argenteis. Cumque rex Israhel transiret per murum, mulier quedam exclamavit ad eum, dicens: Salva me domine mi rex. Qui ait: Non te salvat Dominus: unde te possum salvare? de area, vel de torculari?

**R.** Preparare corda vestra Domino, & servite illi soli. **V.** Et liberabit vos de manibus inimicorum vestrorum. **V.** Convertimini ad eum in toto corde vestro, & auferte deos alienos de medio vestri. Et liberabit.

## Lectio 8.

**D**ixitque ad eam rex: Quid tibi vis? Quæ respondit: Mulier ista dixit mihi: Da filium tuum, ut comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras. Coximus ergo filium meum, & comedimus. Dixique ei die altera: Da filium tuum, ut comedamus eum. Quæ abscondit filium suum. Quæ cum audisset rex scidit vestimenta sua,

O

&amp;

& translati per murum. Vidiqute omnis populus cilicium, quo vestitus erat ad carnem intrinsecus. Et ait rex: Hec mihi faciat Deus, & hac addat, si stererit caput Elisei filii Saphat super ipsum hodie, Eli-saeus autem sedebat in domo sua, & senes sedebant cum eo.

**R.** Deus omnium exauditor est: ipse misit Angelum suum, & tulit me de oibvis patris mei: \* Et unxit me unctio misericordiae sue. **V.** Dominus, qui eripuit me de ore leonis, & de manu bestie liberabit me. Et unxit.

**Lectio iii.**

**P**remisit itaque virum: & ante quam veniret nuntius ille, dixit ad senes: Numquid scitis quod misericordia filius homicida hic, ut praedatur caput meum? Videte ergo, cum venerit nuntius, claudite ostium, & non sinatis eum introire: ecce enim sonitus pedum domini ejus post eum est. Adhuc illo loquenteris, apparet nuntius, qui veniebat ad eum. Et ait: Ecce, tantum malum a Domino est: quid amplius expectabo a Domino? Dixit autem Elianus: Audite verbum Domini: Hoc dicit Dominus: In tempore hoc cras modius simile uno statere erit, & duo modii hordei statere uno, in porta Samaria. **R.** Dominus, qui eripuit me de ore leonis, & de manu bestie liberavit me, \* Ipse me eripiet de manibus inimicorum meorum. **V.** Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam, animam meam eripuit de medio catulorum leonum. Ipse me Gloriosa Patri. Ipse me.

**FERIA SEXTA.**

De libro quarto Regum.

**Lectio i.****Cap. 8.**

**E**lisaeus autem locutus est ad mulierem cuius vivere fecerat filium, dicens: Surge, vade tu & domus tua, & peregrinare ubique

reperebis: vocavit enim Dominus famem, & veniet super terram septem annis. Que surrexit, & fecit iuxta verbum hominis Dei: & vadens cum domo sua, peregrinata est in Terra Philistina diuebus multis. Cumque finiti essent anni septem, reversa est mulier de Terra Philistina: & ingressa est ut interpellaret regem proximo suo, & pro agris suis.

**R.** Percussit Saïl mille, & David decem milia: \* Quia manus Domini erat cum illo: percussit Philisthaeum, & abstulit oppidum ex Israël. **V.** Nonne iste est David, de quo canebant in choro, dicentes: Saïl percussit mille, & David decem milia? Quia manus.

**Lectio ii.**

**R**ex autem loquebatur cum Giezi pueri viri Dei, dicens: Narrā mihi omnia magna quae fecit Elianus. Cumque ille narraret regi quomodo mortuum suscitasset, apparuit mulier, cuius vivificaverat filium, clamans ad regem proximo suo, & pro agris suis. Dixitque Giezi: Domine mi rex, hac est mulier, & hic est filius ejus, quem suscitavit Elianus. Et interrogavit rex mulierem: quae narravit ei. Deditque ei rex eunuchum unum, dicens: Restitue ei omnia que sua sunt, & universos redditus agrorum a die, qua relliquit terram, usque ad prassens.

**R.** Montes Gélobé, nec ros, nec pluvia veniant super vos: \* Ubi ceciderunt fortis Israël. **V.** Omnes montes, qui estis in circuitu ejus, visitet Dominus: a Gélobé autem transeat. Ubi ceciderunt.

**Lectio iii.**

**V**enit quoque Elianus Damascum, & Bénadad rex Syria agrotabat: nuntiaveruntque ei dicentes: Venit vir Dei huc. Et ait rex ad Hazaël: Tolle tecum munera

nera, & vade in occursum viri Dei, & consule Domum per eum, dicens: Si evadere potero de infirmitate mea hac? Igitur Hazaël in occursum ejus. Cumque stetisset coram eo, ait: Filius tuus Bénadad rex Syria misit me ad te, dicens: Si sanari potero de infirmitate mea hac? Dixitque ei Elianus: Vade, dic ei: Sanaberis: porrō ostendit mihi Dominus quia morte morietur.

**R.** Ego te tuli de domo patris tui, dicit Dominus, & posui te pascere gregem populi mei: \* Et fut tecum in omnibus ubique ambulasti, firmans regnum tuum in æternum. **V.** Fecisse tibi nomen grande, juxta nomine magnorum qui sunt in terra: & requiem dedi tibi ab omnibus inimicis tuis. Et fui tecum. **S A B B A T O.**

De libro quarto Regum.

**Lectio i.****Cap. 9.**

**E**lisaeus autem prophetes vocavit ut unum de filiis prophetarum, & ait illi: Accinge lumbos tuos, & tolle lenticulum olei hanc in manu tua, & vade in Ramoth Gálaad. Cumque veneris illuc, videbis Iehu filium Jósaphat filium Nássi: & ingressus suscitatibis eum de medio fratrū suorum, & introducas in interius cubiculum. Tenensque lenticulum olei, fundes super caput ejus, & dices: Hoc dicit Dominus: Únxi te regem super Israël. Aperi esque ostium, & fugies, & non ibi subsistes. Abilit ergo adolescentem puer prophetæ in Ramoth Gálaad, & ingressus est illuc: ecce autem principes exercitus sedebant, & ait: Verbum mihi ad te, o princeps. Dixitque Iehu: Ad quem ex omnibus nobis? At ille dixit: Ad te, o princeps.

**R.** Peccavi super numerum aræ maris, & multiplicata sunt peccata mea: & non sum dignus videre altitudinem cœli præ multitudine iniquitatis meæ: quoniam irritavi iram tuam, \* Et malum coram te feci. **V.** Quoniam iniquitatem meam ego cognoscó, & delictum meum contra me est semper, quia tibi soli peccavi. Et malum.

**Lectio ii.**

**E**t surrexit & ingrüssus est cubilulum: at ille fudit oleum super caput ejus, & ait: Hæc dicit Dominus Deus Israël: Únxi te regem super populum Domini Israël, & percuties domum Achab domini tui, & uincas sanguinem servorum meorum Prophetarum, & sanguinem omnium servorum Domini de manu Jézabel. Perdámque omnem domum Achab: & interficiam de Achab mingentem ad paritem, & clausum, & novissimum in Israël. Et dabo domum Achab, sicut dominum Jeroboam filii Natat, & sicut dominum Bâasa filii Ahab. Jézabel quoque cōmedent canes in agro Jézahel, nec erit qui sepeliat eam. Aperuitque ostium, & fugit.

**R.** Exaudisti Domine orationem servitui, ut aedificarem templum nōmīni tuo: \* Bénedic, & sanctifica dominum istam in sempiternum, Deus Israël. **V.** Domine, qui custodis pacatum cum servis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo. Bénedic.

**Lectio iii.**

**J**ehu autem egrüssus est ad servos domini sui: qui dixerunt ei: Recte sunt omnia? quid venit insanus iste ad te? Qui ait eis: Nostis hominem, & quid locutus sit. At illi responderunt: Falsum est, sed magis narra nobis. Qui ait eis: Hæc & hæc locutus est mihi, & ait: Hæc dicit Dominus: Únxi te regem super Israël. Festinaverunt itaque, & unusquisque tollens pallium suum posuerunt sub pedibus ejus,

in similitudinem tribunalis, & cecinérunt tuba, atque dixerunt: Regnávit Iehu.

**R.** Audi Dómine hymnum, & orationem, quam servus tuus orat coram te hodié: ut sint oculi tui aperti, & aures tuae intènte. **S.** Super domum istam die ac nocte. **Y.** Réspice Dómine de sanctuorio tuo, & de excelso celorum habitaculo. Super domum, Glória Patri. Super.

**Ad Magnificat, Antiphona.**  
Facit Joas rectum coram Dómino cuncti diébus, quibus docuit eum Joaïda sacerdos.

## DOMINICA X.

Post Pentecosten.

In primo Nocturno.

De libro quarto Regum.

**Lectio i.** Cap. 9. f & 10.

**A** Nao undécimo Joram filii Achab, regnávit Ochozías super Judam, & veníque Iehu in Jézrahel. Porro Jézrahel intróitu ejus auditio, depinxit oculos suos stíbio, & ornávit caput suum, & respéxis per fenestrām ingrediéntem Iehu per portam, & ait: Numquid pax potest esse Zambri, qui interficit dómum suum? Levavitque Iehu fáciem suam ad fenestrām, & ait: Quia est ista? & inclináverunt se ad eum duo, vel tres eunuchi. At ille dixit eis: Præcipitatem eam déborum. Et præcipitaverunt eam, aspersaque sunt sanguine páries, & aquórum ungula conculcavérunt eam. Cùmque intrógressus esset, ut coméderet, biberéque, ait: Ite, & videte maledictam illam, & sepelite eam: quia filia regis est.

**R.** Præparáte corda vestra Dómino, & servite illi soli: **S.** Et liberábit vos de manib⁹ inimicorum vestrórum. **Y.** Convertimini ad eum in toto corde vestro, & austere deos alienos de medio vestri. Et liberábit.

**Lectio ii.**

**C** umque issent uper seplirant eam, non invenérunt nisi calváriam, & pedes, & summas manus. Reversique nuntiáverunt ei. Et ait Iehu: Sermo Dómini es, quem locutus est per servum suum Elíam Thesbiten, dicens: In agro Jézrahel cōmēdant canes carnes Jézabel, & erunt carnes Jézabel, sicut sterco super faciem terre in agro Jézrahel, ita ut prætereintes dicant: Hæcine est illa Jézabel? Erant autem Achab septuaginta filii in Samaria: scripsit ergo Iehu litteras, & misit in Samariam, ad optimates civitatis, & ad máiores natu, & ad nutritios Achab, dicens: Statim ut acceperitis litteras has, qui habéti filios dómni vestri, & currus, & equos, & civitatis firmas, & arma, elige meliòrem, & eum qui vobis placuerit de filiis dómni vestri, & eum ponite super sólum patris sui, & pugnate pro domo dómni vestri.

**R.** Deus omnium exauditor est: ipse misit Angelum suum, & tulit me de óbibus patris mei: **S.** Ut exxit me unctione misericordiae sua. **Y.** Dóminus, qui eripuit me de ore leónis, & de manu bestiæ liberávit me. Et.

**Lectio iii.**

**T** inuérunt illi vehementer, & dixerunt: Ecce duo reges non potuerunt stare coram eo, & quómodo nos valéimus resistere? Misérunt ergo præpósito domus, & præfeti civitatis, & máiores natu, & nutriti, ad Iehu, dicentes: Servi tui sumus, quæcumque iússeris faciémus, nec constitúmus nobis regem: quæcumque tibi placent, fac. Rescripsit autem eis litteras secundo, dicens: Si mihi estis, & obeditis mihi, tollite capita filiorum dómni vestri, & venite ad me hac eadē horā cras in Jézrahel. Porro filii regis, septuaginta viri apud optimates

tes civitatis nutrīebantur. Cùmque venissent littere ad eos, tulérunt filios regis, & occidérunt septuaginta viros, & posuérunt capita eórum in cophinis, & misérunt ad eum in Jézrahel.

**R.** Dóminus, qui eripuit me de ore leónis, & de manu bestiæ liberávit me, **S.** Ipse me eripiet de manibus inimicorum meórum. **Y.** Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam: ánimam meam eripuit de médio catulórum leónum. Ipse me. Glória Patri. Ipse me.

**In secundo Nocturno.**

Sermo S. Joannis Chrysostomi.

Homilia 25. in Epistolam ad Romanos.

**Lectio iv.**

**N**on putémus nos excusatiónem habituós, si quando delictórum sócios invenérimus: nam istud supplicium magis augébit. Quandóquidem & serpens magis punitus est quám mulier: quemadmodum, & mulier plus quám vir, & Jézabel, máiores pœnas dedit, quám Achab vineæ raptor. Ipsa quippe universum istud negotium texierat, regique lapsus occasiōnem déderat. Igitur & tu quoque si reliquias perditiōnis causa fueris, graviora patérias, quám qui per te subversi sunt. Neque enim peccare tantum in se perditiōnis habet, quantum quod reliqui ad peccandum inducuntur.

**R.** Percussit Saül mille, & David decem milia: **S.** Quia manus Dómini erat cum illo: percussit Philistheum, & ábstulit oppróbrium ex Israél. **Y.** Nonne iste est David, de quo canébant in choro, dicentes: Saül percussit mille, & David decem milia? Quia manus.

**Lectio v.**

**I**taque si quando peccantes videárimus, non sólum non impellámus, sed & extrahámus ex ipso malis.

tie báraphro; ne & aliénæ perditiōnis pœnas demus. Recordémur, quoque perpétuò terribilis illius tribunális, fluminis ignei, vinculórum insolubiliū, profundarum tenebrarum, stridórum déntium, venenosique vermis. Sed dices: Benignus est Deus. Ergo haec omnia verba sunt, & neque punitur dives ille Lázari contémptor, neque fatuë virgines à tempore rejiciuntur? Ergo qui Christum non pavérunt, in ignem diabolico préparatum non abibunt? Ergo qui sordidis est vestibus, non perficit, manus ad pedes vincit? Qui centum denários a consérvo suo exégit, non tradéter tortóribus? Quod de moechis dictum est, nimurum quod vermis eórum non moriètur, & ignis eórum non extingueatur, verum non erit?

**R.** Montes Gélbœ, nec ros, nec pluvia véniant super vos: **S.** Ubi cedérunt fortés Israél. **Y.** Omnes censes, qui estis in circuitu ejus, visitet Dóminus: à Gélbœ autem transeat. Ubi cedérunt.

**Lectio vi.**

**S** Ed ministrat ista tantummodo Deus. Utique inquires. Et unde, die queso, tantam rem audes publice loqui, atque ex te ipso ferre sententiā? Ego quippe & ex iis quæ dixit Deus, & ex iis que fecit, contrárium probare pótero. Quod si propter futura non credis, vel saltem propterea quæ jam facta sunt, crede. Non enim certe minas sunt & verba tantummodo, quæ facta sunt & in opus ipsum exiérunt. Quis igitur totum orbem induxit diluvio stagnávit, ac grave illud naufragium, omnimodamque generis nostri perditiōnem effecit? Quis deinde fulmina illa, tæque flammatia super terram Sodomorum dimisit? Quis universum Ægypti exércitum in mare demersit? Quis synagógam Abíron combusit?

**R.** Quis septuaginta illa millia propter Davidis peccatum uno tempore morte peste occidit? Nonne haec omnia & alia Deus illis intulit?

**R.** Ego te tuli de domo patris tui, dicit Dominus, & posui te pascere gregem populi mei: \* Et fui tecum in omnibus ubiquecumque ambulasti, firmans regnum tuum in aeternum.

**V.** Fecisse tibi nomen grande, juxta nomen magnorum qui sunt in terra: & regiūm dedi tibi ab omnibus iniunctis tuis. Et fui tecum. Gloria Patri. Et fui tecum.

**R.** viii Peccavi super numerum arēmaris, & multiplicata sunt peccata mea: & non sum dignus videre altitudinem cœli per multitudinem iniunctatium mea: quoniam irritavi iram tuam, & Et malum coram te feci. **V.** Quoniam iniunctatium meum ego cognosco, & delictum meum contra me est semper, quia tibi soli peccavi. Et malum.

**R.** viiiii Duo Serafim clamabant alter ad alterum: \* Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. \* Plena es omnis terra gloria ejus. **V.** Tres sunt qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Sanctus. Gloria Patri. Plena est.

**FERIA SECUNDA.**

De libro quarto Regum.

**Lectio j.** Cap. 11.

**A** Thalia vero mater Ochoziae, videns mortuum filium suum, surrexit, & interfecit omne semen regium. Tollens autem Jósabam filia regis Ioram, soror Ochoziae, Joas filium Ochoziae, furata est eum de medio filiorum regis, qui interfiebantur, & nutritum ejus de triclinio: & abscondit eum a facie Athaliae, ut non interficeretur. Eratque cum ea sex annis clam in domo Domini: porro Athalia regnabit super terram.

**R.** Recordare Domine testamētū tuū, & dic Angelo percūenti: Cesset jam manus tua, \* Ut non desoluerit terra, & ne perdas omnenā animam vivam. **V.** Ego sum qui peccavi, ego qui iniquū egī: isti qui oves sunt, quid fecerunt? Avertatur obsecro fūror tuus Domine a populo tuo. Ut.

**Lectio ii.**

**A** Nno autem septimo misit Joāda, & assūmens centuriōnes, & milites, introdixit ad se in templum Domini, pēpitique cum eis fōdūs: & adjurans eos in domo Domini, ostendit eis filium regis: & praecepit illis, dicens: Iste est sermo, quem facere debetis. Tertia pars vestrum introrsus sabbato, & obseruat excubias domini regis. Tertia autem pars sit ad portam Sur: & térita pars sit ad portam, quae est post habitaculum scutariorum: & custodiatis excubias domini Messa. Duæ vero partes eis vobis, omnes egredientes sabbato, custodiant excubias domini regis.

**R.** Exaudiisti Domine orationem servitū tuū, ut adificarem templum nōmīni tuo: \* Benedic, & sanctifica domum istam in sempiternum, Deus Israēl. **V.** Domine, qui custodis pacatum cum servis tuis, qui ambulant coram te in toro corde suo. Benedic.

**Lectio iii.**

**E**t assumēentes singuli viros suos, qui ingrediebantur sabbatum, cum his qui egrediebantur sabbato, venerunt ad Joādam sacerdotem. Qui dedit eis hastas, & arma regis David, quae erant in domo Domini. Et steterunt singuli habentes arma in manu sua, à parte templi dexterā, usque ad partem sinistram altaris, & aedis, circum regem. Prodiuitque filium regis, & posuit super eum diadema, & testimonium: feceruntque eum regem, & unxerunt: & plaudentes manu, dixerunt: Vivat rex.

**R.**

**R.** Audi Domine hymnum, & orationem, quam servus tuus orat coram te hodie: ut sint oculi tui aperti, & aures tuæ intētas. \* Super dominum istam die ac nocte. **V.** Rēspice Domine de sanctuario tuo, & de excelso celorum habitaculo. Super, Glōria Patri. Super.

**FERIA TERTIA.**

De libro quarto Regum.

**Lectio i.** Cap. 12.

**A** Nno septimo Jehu regnabit Joas: & quadraginta annis regnabit in Jerusalem. Nomen matris ejus Sébia de Bersabé. Fecit que Joas rectum coram Domino cunctis diibüs, quibus docuit eum Joāda sacerdos. Veritatem exēcias non abstulit: adhuc enim populus immolabat, & adolebat in excēsis incēnsum.

**R.** Domine, si convērsus fuerit populus tuus, & oraverit ad sanctuarium tuum: \* Tu exaudiēs de celo Domine, & libera eos de manib⁹ inimicorum suorum. **V.** Si peccaverit in te populus tuus, & convērsus ēgerit penitentiam, veniensque oraverit in isto loco. Tu exaudiēs.

**Lectio ii.**

**D** Ixitque Joas ad sacerdotēs: Omne pecuniam sanctōrum, quæ illāta fuerit in templum Domini à præterēntibus, quæ offertur pro præto rā anima, & quam sponte & arbitrio cordis sui inferunt in templum Domini: accipiant illam sacerdotēs juxta ordinem suum, & instaurēt sartatēctū domū, si quid necessarium viderint instauratiōne.

**R.** Factum est, dum tolleret Domini Eliam per turbinē in celum: \* Eliam clamabat dicens: Pater mi, pater mi, currus Israēl, & auriga ejus. Et ait illi Eliam: Affer arcum & sagittas. Cumque attulisset ad eum arcum, & sagittas, dixit ad regem Israēl: Pone manum tuam super arcum. Et cum posset ille manum suam, superponit Eliam manus suas manib⁹ regis, & ait: Aperi fenestrā orientalem. Cumque aperisset, dixit Eliam: Jace sagittam. Et ecce. Et ait Eliam: Sagitta salutis Domini, & sagitta salutis contra Syriam: percutiesque Syriam in Aphe, donec consumas eam.

**O 4.**

**R.**

utrumque, & ascēdit Elias per turbinē in celum. Eliam.

**Lectio iii.**

**I** Gitur usque ad vigēsimū tertiū annū regis Joas, non instauraverunt sacerdotēs sartatēctū templi. Vocavitque rex Joas Joādam pontificem & sacerdotēs, dicens eis: Quare sartatēcta non instauratis templi? nolite ergo amplius accipere pecuniam juxta ordinem vestrum, sed ad instauratiōnem templi redite eam. Prohibitique sunt sacerdotēs ultrā accipere pecuniam a populo, & instaurare sartatēcta domū.

**R.** Ego te tuli de domo patris tui, dicit Dominus, & posui te pascere gregem populi mei: \* Et fui tecum in omnibus ubiquecumque ambulasti, firmans regnum tuum in aeternum.

**V.** Fecisse tibi nomen grande, juxta nomen magnorum qui sunt in terra: & regiūm dedi tibi ab omnibus iniunctis tuis. Et fui tecum. Gloria Patri. Et fui tecum.

**FERIA QUARTA.**

De libro quarto Regum.

**Lectio i.** Cap. 13.<sup>e</sup>

**E** lisēus autem ægrotabat infirmitate, qua & mortuus est: descenditque ad eum Joas rex Israēl, & flebat coram eo, dicebatque: Pater mi, pater mi, currus Israēl & auriga ejus. Et ait illi Eliam: Affer arcum & sagittas. Cumque attulisset ad eum arcum, & sagittas, dixit ad regem Israēl: Pone manum tuam super arcum. Et cum posset ille manum suam, superponit Eliam manus suas manib⁹ regis, & ait: Aperi fenestrā orientalem. Cumque aperisset, dixit Eliam: Jace sagittam. Et ecce. Et ait Eliam: Sagitta salutis Domini, & sagitta salutis contra Syriam: percutiesque Syriam in Aphe, donec consumas eam.

**R.** Peccavi super numerum arénae maris, & multiplicata sunt peccata mea: & non sum dignus videre altitudinem cœli præ multitudine iniquitatis meæ: quóniam irritávi iram tuam, \* Et malum coram te feci. **V.** Quóniam iniquitatem meam ego cognosco, & delictum meum contra me est semper, quia tibi soli peccavi. Et malum.

**Lectio ij.**

**E**t ait: Tolle sagittas. Qui cùm tulisset, rursum dixi ei: Péculum jácculo terram. Et cùm percussisset tribus vicibus, & stetisset, iratus est vir Dei contra eum, & ait: Si percussisses quinque, aut sexés, sive septés, percussisses Syriam usque ad consumptiōnem: nunc autem tribus vicibus percuties eam. Mórtuus est ergo Elísēus, & sepeliérunt eum. Latrunculi autem de Moab venérunt in terram in ipso anno.

**R.** Exaudisti Domine orationem servitulū, ut ædificarem templum nomini tuo: \* Bénedic, & sanctifica domum istam in sempiternum, Deus Israël. **V.** Dómine, qui custodis pacatum cum servis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo. Bénedic.

**Lectio jj.**

**Q**uidam autem sepeliéntes hóminem, & videérunt latrunculos, & projectárum cadaver in sepulchro Elísēi. Quod cùm tetigisset ossa Elísēi, revixit homo, & stetit super pedes suos. Mórtuus est autem Házael rex Syriæ, & regnávit Bénaðad filius ejus pro eo. Porro Joas filius Joachaz tulit urbes de manu Bénaðadi filii Házael, quas túlerat de manu Jóachaz patris sui jure prælli, tribus vicibus, percussis eum Joas, & redidit civitates Israël.

**R.** Audi Dómine hymnum, & orationem, quam servus tuus orat coram te hódie: ut sint oculi tui aperti, & aures tuae inten̄tae. Super domum

istam die ac nocte. **V.** Résponce Dómine de sanctuarioru[m] tuo, & de excelsō celorum habitaculo. Super domum, Glória Patri. Super domum.

**F E R I A Q U I N T A.**  
De libro quarto Regum.

**Lectio i.** Cap. 17.

**A**nno autem nono Osée, cepit Rex Assyriorum Samariam, & transluit Israël in Assyrios: posuitque eos in Hala, & in Habor juxta fluvium Gozan, in civitatibus Medórum. Factum est enim, cùm pécassent filii Israël Dómino Deo suo, qui edíxerat eos de terra Egypti, de manu Pharaonis regis Egypti, coluerunt deos alienos. Et ambulaverunt juxta ritum Géntium, quas consumpserat Dóminus in conspectu filiorum Israël, & regum Israël: quia similiter fecerant. Et offendérent filii Israël verbo non rectis Dóminus Deum suum: & ædificaverunt sibi excelsa in cunctis urbibus suis.

**R.** Præparáte corda vestra Dómino, & servite illi soli: \* Et liberabit vos de manibus inimicorum vestrorum. **V.** Convertimini ad eum in totu[m] corde vestro, & auferite deos alienos de medio vestri. Et.

**Lectio ii.**

**R.** Deus omnium exauditor est: ipse misit Angelum suum, & tulit me de óbibus patrii mei: \* Et unxit me unctione misericordiae sue. **V.** Dominus, qui eripuit me de ore leónis, & de manu bestiæ liberavit me. Et.

**Lectio iii.**

**T**ratiusque est Dóminus vehementer Israëli, & abstulit eos a conspectu suo, & non remansit nisi tribus Iudea tantummodo. Sed nec ipse Iudea custodivit mandata Dómini Dei sui: verùm ambulavit in erroribus Israël, quos operatus fuerat. Projectique Dóminus omne semen Israël, & affixit eos, & traxit eos in manu diripiendum, donec proiecierit eos a facie sua: ex eo jam tempore, quo scissus est Israël a domo David, & constituerunt sibi regem Jeróboam filium Nabat.

**R.** Dóminus, qui eripuit me de ore leónis, & de manu bestiæ liberábit me: \* Ipse me eripiet de manibus inimicorum meorum. **V.** Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam: animam meam eripuit de medio catulorum leónum. Ipse me Glória Patri. Ipse me.

**F E R I A S E X T A.**

De libro quarto Regum.

**Lectio i.** Cap. 17. d

**S**eparavit Jeróboam Israël a Dómino, & peccare eos fecit peccatum magnum. Et ambulaverunt filii Israël in universis peccatis Jeróboam quæ fecerat: & non recesserunt ab eis, usquequò Dóminus auferret Israël a facie sua, sicut locutus fuerat in manu omnium servorum suorum Prophétarum: translatusque est Israël de terra sua in Assyrios, usque in diem hanc.

**R.** Percussit Saïl mille, & David decem milia: \* Quia manus Dómini erat cum illis: percussit Philistheum, & abstulit opprórium ex Israël:

**V.** Nonne iste est David, de quo ca-

nébat in choro, dicentes: Saïl percussit mille, & David decem milia? Quia.

**Lectio ii.**

**A**dixit autem rex Assyriorum de Babylonie, & de Cutha, & de Avah, & de Emath, & de Sephárvaim: & collocavit eos in civitatibus Samariorum pro filiis Israël: qui possederunt Samariam, & habitarunt in urbibus ejus. Cùmque ibi habitare ceperint, non timebant Dóminum: & immisit in eos Dóminus leones, qui interficiébant eos.

**R.** Montes Gélbœ, nec ros, nec phœnia véniant super vos: \* Ubì cedérunt fortis Israël. **V.** Omnes montes, qui estis in circuitu ejus, visitet Dóminus: à Gélbœ autem tráseat. Ubi.

**Lectio iii.**

**N**untiatumque est regi Assyriorum, & dictum: Gentes, quas transtulisti, & habítare fecisti in civitatibus Samariorum, ignoránt legitima Dei terræ: & immisit in eos Dóminus leones, & ecce interficiunt eos, et quod ignoránt ritum Dei terræ. Præcépit autem rex Assyriorum, dicens: Dúcite illuc unum de sacerdotibus, quos inde captivos adduxitis: & vadat, & hábitet cum eis: & dñeat eos legitima Dei terræ.

**R.** Ego te tuli de domo patris tui, dicit Dóminus, & posui te pascere gregem populi mei: \* Et fui tecum in omnibus ubiq[ue]cumque ambulasti, firmans regnum tuum in aeternum. **V.** Fecisse tibi nomen grande, juxta nomen magnorum qui sunt in terra: & réquiem dedi tibi ab omnibus inimicis tuis. Et fui tecum. Glória Patri. Et fui tecum.

**S A B B A T O.**

De libro quarto Regum.

**Lectio i.** Cap. 18.

**A**nno tertio Osée filii Alia regis Israël, regnávit Ezechias filius Achaz regis Iudea. Vigintiquaque annorum erat, cum regnare

ca-

cepisset: & vigintinovem annis regnávit in Ierúsalem: nomen matris ejus Abi filia Zachariæ. Fecitque quod erat bonum coram Dómino, iuxta omnia qua ficerat David pater eius. Ipse dissipávit excélsa, & contrivit státuas, & succidit lu-  
cos, confregitque serpenteum aeneum, quem ficerat Móyses sicutidem usque ad illud tempus filii Israél adolébant ei incénsum: vocavitque no-  
men ejus Nohéstan. In Dómino Deo Israël sperávit.

**R.** Peccávi super númerum aréna-  
maris, & multiplicáta sunt peccáta  
mea: & non sum dignus videre al-  
titudinem cœli pre multitudine in-  
quitatis mea: quóniam irritávi iram  
tuam, Et malum coram te feci.  
**Y.** Quóniam iniquitatem meam ego  
cognoscó, & delictum meum contra  
me est semper, quia tibi soli peccávi.  
Et.

**Lectio iii.**

**I**taque post eum non fuit similis  
ei de cunctis rágibus Iuda, sed  
neque in his, qui ante eum fuérunt:  
& adhäsit Dómino, & non recésit à  
vestigiis ejus, fécitque mandáta ejus,  
quae præcepérat Dóminus Moysi.  
Unde & era Dóminus cum eo, &  
in cunctis, ad quæ procedebat, sa-  
piénter se agébat. Rebellávit quoque  
contra regem Assýriorum, & non  
servit ei. Ipse percussit Philistheos  
usque ad Gazam, & omnes térmí-  
nos eórum, à Turre custódium us-  
que ad civitatem munitam.

**R.** Exaudiisti Dómino orationem ser-  
ví tui, ut adificarem templum nómí-  
ni tuo: \*Benedic, & sancifica do-  
mum istam in sempiternum, Deus  
Israél. **Y.** Dómine, qui custódis pac-  
tum cum servis tuis, qui ámbulant  
coram te in toto corde suo. Benedic.

**Lectio iii.**

**A**nno quarto regis Ezechias, qui  
erat annus septimus Osée filii  
Ela regis Israél, ascendit Salmanasar

rex Assyriorum in Samariam, & op-  
pugnávit eam, & cepit. Nam post  
annos tres, anno sexto Ezechias, id  
est, nono anno Osée regis Israél,  
capta est Samaria: & tránsulit rex  
Assyriorum Israél in Assyriis, col-  
locavitque eos in Hala, & in Habor  
fluvii Gozán in civitatis Medórum:  
quia non audierunt vocem  
Dómini Dei sui, sed prætergressi  
sunt pactum ejus: omnia, quæ præ-  
céperat Móyses servus Dómini, non  
audiérunt, neque fecerunt.

**R.** Audi Domini hymnum, & ora-  
tionem, quam servus tuus orat cor-  
ram hodiè ut sint oculi tui aperti,  
& aures tuae inténtæ. \*Super dom-  
um istam die ac nocte. **Y.** Réspí-  
ce Dómine de sanctuario tuo, & de  
excélo cœlorum habitaculo. Super  
domum. Glória Patri. Super.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

Obsecro, Dómine, memento queso  
quomodo ambuláverim coram te in-  
veritate, & in corde perfécto, &  
quod plácitum est coram te, fecerim.

**D O M I N I C A X L.****Pontificosten.****De primo Nocturno.****De libro quarto Regum.****Lectio j.** Cap. 20.

**I**n diebus illis aegrotávit Ezechias  
usque ad mortem: & venit ad  
eum Isaias filius Amos, Prophéta,  
dixitque ei: Hac dicit Dóminus  
Deus: Præcipit domum tuae: moriér-  
is enim tu, & non vives. Qui convér-  
tit faciem suam ad parietem, & orá-  
vit Dóminum, dicens: Obsecro Dó-  
mine, memento queso quomodo  
ambuláverim coram te in veritate,  
& in corde perfécto, & quod plácitum  
est coram te, fecerim. Flevit itaque Ezechias fletu magno.

**R.** Præparáte corda vestra Dómino,  
& servite illi soli: \*Et liberábit  
vos de manibus inimicorum vestró-  
rum. **Y.** Convertimini ad eum in

to-

toto corde vestro, & auferite deos  
alienos de medio vestri. Et.

**Lectio ii.**

**E**t ántequam egredéretur Isaías  
médiám partem atrii, factus  
est sermo Dómini ad eum, dicens:  
Revértere, & dic Ezechiae duci pô-  
puli mei: Hec dicit Dóminus Deus  
David patri sui: Audivi orationem  
tuam, & vidi lacrymas tuas: & ecce  
sanávi te, die térmio ascéndes tem-  
plum Dómini. Et addam diébus tuis  
quindicem annos: sed & de manu  
regis Assyriorum liberábo te, & ci-  
vitatem hanc, & protégam urbem  
istam propter me, & propter Da-  
vid servum meum. Dixitque Isaias:  
Afferte massam fíciorum. Quam cùm  
attulissent, & posuissent super ul-  
cus eis, curávit est.

**R.** Deus omnium exauditor est: ip-  
se misit Angelum suum, & tulit me  
de óbviis patris mei: \*Et unxit me  
unctióne misericordiae suæ.  
**Y.** Dóminus, qui eripuit me de ore  
léonis, & de manu bestiæ liberábit  
me. Et.

**Lectio iii.**

**I**xerat autem Ezechias ad  
Isaiam: Quod erit signum, quia  
Dóminus me sanabít, & quia ascen-  
surus sum de téria templum Dómi-  
ni? Cui ait Isaias: Hoc erit signum  
a Dómino, quod facturus sit Dómi-  
nus sermónem, quem locútus est:  
Vis ut ascéndat umbra decem lineis,  
an ut revertátur tótidem grádibus?  
Et ait Ezechias: Fáciile est, umbram  
crescere decem lineis: nec hoc volo  
ut fiat, sed ut revertátur retrorsum  
decem grádibus. Invocávit itaque  
Isaias Prophéta Dóminum, & re-  
duxit umbram per lineas, quibus  
jam descendébat in horologio Achaz,  
retrorsum decem grádibus.

**R.** Dóminus, qui eripuit me de ore  
léonis, & de manu bestiæ liberávit  
me, \*Ipse me eripiet de mánī-  
bus inimicorum meórum. **Y.** Misit

Deus misericordiam suam & veri-  
tatem suam: animam meam eripuit  
de medio catulórum leonum. Ipse.  
Glória Patri. Ipse me.

**In secundo Nocturno.**

De Expositione Sancti Hierónymi  
Presbyteri in Isaiam Prophétam.

**Lib. 11. in Isiae cap. 38.****Lectio iv.**

**N**e elevaréatur cor Ezechias post  
incredibiles triúmphos, & de  
média captivitatē victóriam, infir-  
mitate corporis sui visitáatur, & au-  
dit se esse moritūrum: ut conver-  
sus ad Dóminum flectat sententiam  
ejus. Quod quidem & in Jona Pro-  
phéta lémigus, & in communi-  
tione belli contra David: quæ dicuntur fu-  
tura, nec facta sunt, non Deo mu-  
tante sententiam, sed provocante  
humánum genus ad notitiam sui. Do-  
minus enim peccatum est super ma-  
litias. Convertisque Ezechias faciem  
suam ad parietem, quia ad templum  
ire non pôterat. Ad parietem au-  
tem templi, iuxta quod Salomon pa-  
látiū extruxerat: vel absoluē ad  
parietem, ne lacrymas suas assi-  
dibus ostentare videréatur.

**R.** Perciessit Saúl mille, & David  
decem millia: \*Quia manus Dó-  
mini erat cum illo: percíssit Philis-  
thiæ, & abstulit oppróbrium ex  
Isla. **Y.** Nonne iste est David, de  
quo canébant in choro, dicentes:  
Saúl percíssit mille: & David decem  
millia? Quia.

**Lectio v.**

**A**udiensque se esse moritūrum,  
non precátor vitam & annos  
plurimos, sed in Dei judicio quid  
velit præstare, dimittit. Noverat  
enim Idcírc Dœ placuisse Salo-  
mónem, quid annos vita non per-  
tier ampliores: sed iturus ad Dó-  
minum narrat ópera sua, quomodo  
ambuláverit coram eo in veritate  
& in corde perfécto. Felix consci-  
entia, quæ afflictionis tempore bono-  
rum